

**INTROIT Ps. 36: 39**

Salus autem justórum a Dómino: et protéctor eórum est in témpore tribulatiónis. Ps. 36: 1 Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitatem. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Salus autem justórum a Dómino: et protéctor eórum est in témpore tribulatiónis.

**COLLECT**

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum, Januarii et sociórum, solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémplic. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Hebr. 10: 32-38**

Fratres: Rememorámini prístinos dies, in quibus illumináti magnum certámen sustinuístis passiónum: et in áltero quidem oppróbriis et tribulatióibus spectáculum facti: in áltero autem sócii táliter conversántium effécti. Nam et vinctis compássi estis, et rapínam bonórum vestrórum cum gáudio suscepístis, cognoscéntes vos habere meliórem et manéntem substántiam. Nolíte itaque amíttite! confidéntiam vestram, quæ magnam habet remuneratiónem. Patiéntia enim vobis necéssaria est: ut, voluntátem Dei faciéntes, reportétis promissiónem. Adhuc enim módicum aliquántulum, qui ventúrus est, véniet, et non tardábit. Justus autem meus ex fide vivit.

**GRADUAL Ps. 33: 18-19**

Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivít eos: et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos. V. Juxta est Dóminus his, qui tribuláto sunt corde: et húmiles spírítu salvábit.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. Te Mártyrum candidátus laudat exércitus, Dómine. Allelúja.

**Matth. 24: 3-13**

In illo témpore: Sedénte Jesu super montem Olivéti, accessérunt ad eum discípuli secréto, dicéntes: Dic nobis, quando hæc erunt? et quod signum advéntus tui et consummatiónis sæculi? Et respóndens Jesus, dixit eis: Vidéte, ne quis vos sedúcat. Multi enim vénient in nómine meo, dicéntes: Ego sum Christus: et multos sedúcent. Auditóri enim estis prólia et opiniónes proeliórum. Vidéte, ne turbémini. Opórtet enim hæc fieri, sed nondum est finis. Consúrget enim gens in gentem, et regnum in regnum, et erunt pestiléntiæ et fames et terræmótus per loca. Hæc autem ómnia inítia sunt dolórum. Tunc tradent vos in tribulatiónem et occident vos: et éritis ódio ómnibus géntibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabúntur multi, et invicem tradent, et odio habébunt invicem. Et multi pseudoprophétæ surgent, et sedúcent multos. Et quóniam abundávit iníquitas, refrigéscet cárítas multórum. Qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit.

**OFFERTORY Sap. 3: 1-3**

Justórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum malítiæ: visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace, allelúja.

**SECRET**

Oblátis, quæsumus, Dómine, placáre munéribus: et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Januário et sóciis, a cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNIO Matt. 10: 27**

Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine, dicit Dóminus: et quod in aure audítis, prædicáte super tecta.

**POSTCOMMUNION**

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crímine: et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Januário et sóciis, cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The salvation of the just is from the Lord: and He is their protector in the time of trouble. (Ps. 36: 1) Be not emulous of evil-doers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The salvation of the just is from the Lord: and He is their protector in the time of trouble.

O God, Who dost gladden us by the annual solemnity of Thy holy martyrs, Januarius and his companions, mercifully grant that we be kindled by the example of those in whose merits we rejoice. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, call to mind the former days, wherein, being illuminated, you endured a great fight of afflictions. And on the one hand indeed, by reproaches and tribulations were made a gazing stock; and on the other, be come companions of them that were used in such sort. For you both had compassion on them that were in bands, and took with joy the being stripped of your own goods, knowing that you have a better and lasting substance. Do not therefore lose your confidence, which hath a great reward. For patience is necessary for you: that doing the will of God you may receive the promise. For yet a little and a very little while, and He that is to come, will come and will not delay. But my just man liveth by faith.

The just cried, and the Lord heard them, and delivered them out of all their troubles. The Lord is nigh unto them that are of a contrite heart; and He will save the humble of spirit.

Alleluia, alleluia. The white-robed army of martyrs praiseth Thee, O Lord. Alleluia.

At that time: As Jesus was sitting on mount Olivet, the disciples came to him privately, saying: Tell us when shall these things be? and what shall be the sign of thy coming, and of the consummation of the world? And Jesus answering, said to them: Take heed that no man seduce you: For many will come in my name saying, I am Christ: and they will seduce many. And you shall hear of wars and rumors of wars. See that ye be not troubled. For these things must come to pass, but the end is not yet. For nation shall rise against nation, and kingdom against kingdom; and there shall be pestilences, and famines, and earthquakes in places: Now all these are the beginnings of sorrows. Then shall they deliver you up to be afflicted, and shall put you to death: and you shall be hated by all nations for my name's sake. And then shall many be scandalized: and shall betray one another: and shall hate one another. And many false prophets shall rise, and shall seduce many. And because iniquity hath abounded, the charity of many shall grow cold. But he that shall persevere to the end, he shall be saved.

The souls of the just are in the hand of God, and the torment of malice shall not touch them: in the sight of the wise they seemed to die, but they are in peace, alleluia.

Be appeased O Lord, with the gifts we offer, and, by the intercession of Thy holy martyrs, Januarius and his companions, defend us from all dangers. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

That which I tell you in the dark, speak ye in the light; and that which you hear in the ear preach ye upon the housetops.

May this communion, O Lord, purge us of guilt and, by the intercession of Thy holy martyrs, Januarius and his companions, make us partakers of the heavenly salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.